Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 422.

Cod: CL XXXVI.

Chartac: Fol: Saec 15o. 2 2.9.

Vide Vorm. 25

1.

Casus papales, et episcopales. (1a–3b)

Casus papales, et episcopales una cum poe-nis adjectis: Primus est: Item falsifica-tores Literarum papalium.

2. Fol 1a – 3a.

Canon: Omnis utriusque sexus cum glossa

Henricus de Odendorff.

Canon: omnis utriusque sexus cum glossa quae incipit: "Ex capitulo omnis utriusque sexus sub rubrica de penitenciis et remis-sionibus situato colligitur". Krausius Dom. ständ. Büchersäle: pag 179 n: 39 profert Mag. Hainrici de Odendorff de Colonia Lecturam Decretalium: Omnis utriusque &c: an eadem cum nostra sit, ignoro. Huic addita sunt: Absolutio in agone mortis, et Votum sacerdotale perseverandi in digni-tate, i. e. promissio obedientiae ab ordi-nandis episcopo exhibenda.

3 Fol 3a – 8b.

Casp: Calderini tractat: de in-dulgentiis.

Caspari Calderini tractatus de indulgentiis. Incipit: "Quanquam non dubitem partici-pes nostre legacionis officii atque consortes melius me aut certe clarius sed forte non

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 423.

" sufficientius sentire etc." Authorem esse Casparum Calderinum, Joan: Calde- rini Doct: Bonon: circa ann: 1350 filium, testatur Cod: ms: Bibl: Tyrnsteinensis, ut videre est apud Krausium Illustrirtl: Bi- schrifft: 2 Th: p: 182. Vide etiam Fabric: Bibl: med: & inf: Latin: T: I. p: 321.

4. Fol 8^b - 11^a.

Sermo de Nativitate B: V: M:

" Sermo de Nativitate virginis Marie de epistola proverbiorum octavo;" ita rubri- ca. Initium est: " Dominus possedit me etc. Leccio presens dificultatem petit."

5. Fol 11^a - 13^b.

S: Augustini Sermo de as- sumtione B: M: V:

" Sermo beati Augustini episcopi de assumcione beate Marie virginis etc." Hoc dicit rubrica; initium autem est: " De sanctissimo corpore perpetue virginis". Inter opera S: Augustini non reperitur, nec stilum ejus omnino sapit, unde in- ter supposititios illum rejiciendum esse nullus dubito.

6. Fol 14^a - 25^a.

Petri Blesen- sis Compendi- um in Job.

Petri Blesensis compendium in Job cum epi- stola exhortatoria ad Henricum II Angliae Regem. Est explanatio duorum priorum capi-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 424.

"tum Job. Epistola incipit:" Heynrico Dei
" gratia illustrissimo anglorum regi etc: E,
(a) In edit. Suus: "nus (a) petrus blesensis bathinensis archi,
" diaconus Salutem: Gracias ago gracielar,
" gitori." Ipse Commentarius in Jobincho,
" atur:" vir erat in terra Hus etc. Trahit
ponuntur. Extat in edit: Opp: Petri
Blesensis curante Gussanvilleo Paris:
1667. Fol. pag: 407. Item in Bibliotheca
Patr: Lugd: T: XXIV. Vide etiam Biblioth:
Taurin: T: II. pag: 217.

Petrus Blesensis, seu Blesensis natione
Gallus, Bathoniensis in Anglia Canonicus
Londinensis Archidiaconus, et regis Henr.
cellarius diem supremum obiisse creditur
ann: 1200.

7. Fol 25ª–29ª

Notata priva,
ta

A folio 25–29. codicis praesentis se,
quuntur varia notamina, quae quis in
usum privatum indiscriminatim conscrip,
sisse videtur, v. g: de decimis, de empti,
onibus, et venditionibus; de suffragiis sanc,
torum etc: et alia partim juridico-cano,
nica, partim theologica; quibus acce,
dunt opiniones SS. PP. de Salute Salo,
monis metrice concinnata. Sed cunc,
ta haec minoris sunt momenti, quam ut
iis diutius inhaerendum sit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 425.

8. Fol: 29a – 30b.

Sermo S: Augustini de S: Trinit:

Sermo S: Augustini rubricam praefert: „Item lectiones de festo sancte trinita„tis. Sermo beati augustini". Initium est: „Confitemur et credimus sanctam, atque in„effabilem trinitatem". In editione Mauri„ana non occurrit; si genuinus est, frag„mentum est.

9. Fol 30b – 33b.

Martini V. Pp: et nationis Germ: Concordata

Martini V. Papae, et nationis germanicae Concordata in concilio Constantiensi inita, et a Joanne Cardin: Ostiensi Episcopo ad universitatem Viennensem in Austria mis„sa ao 1418. Titulus in codice nostro est: „Epistola directa a Constantia Universita„ti Wyenn anno etc Mo CCCCXVIIj." Con„cordata praecedit praefatio, et testimoni„um Ostiensis ita incipiens: „Universis et singulis Johanes miseratione divina episc: Ostiens: etc.

Typis impressa ad fidem Codd: Ms: haec Concordata dederunt Hermann von der Hardt in rer: Conc: Constant: T: I par: te XXIV. pag: 1021. Nicolaus Coleti in Collect: Concil: Tom: XVI. col: 735.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 426.

IV Fol: 33-47.

Concilium dioec: Pataviense ao 1419. & provinciale Salisburg. ao 1418 celebra:

Concilium dioecesanum Patavii ao 1419 celebratum, una cum actis Synodi provincialis Salisburgensis ao 1418 habitae. Acta utriusque habentur jam in Codice CXXII n: 4. & 5. sed hic longe perfectiora; unde si aliquando typis edenda forent, ex praesenti codice essent desumenda. Rubrica hic praemissa librarium prodit, et est sequens: "Scripta super rescripta bulla (a) per manus domini Joannes Rumph de Weytra patav: dioces. pro tunc cooperator divinorum in Gmunde anno domini M CCCC X VIIIJ # Maximiliani episcopi beati quondam laureacensis". Sed nescio, qui fieri potuerit, ut acta synodi Patav. ao 1419 habitae jam scriberentur 1418. Ad calcem Synodorum additum est mandatum Ruperti de Welz ad sui decanatus clericos de vita, et honestate, quod cum typis nondum prodiit, exscribere libet. Rubricam gestat.

(a) Scilicet Martini V. de concordatis n: praecedenti prolata, cujus causa hae duae Synodi sunt celebratae.

probabiliter MCCCCXXIII.

"Copia mandati de vita et honestate clericorum."

"Rupertus de Welz Canonicus, et in Spiritualibus vicarius generalis ecclesie nec non Cancellarius Curie patav: ac decanus et plebanus in Chres (b) universis et singulis plebanis ecclesiarum parochialium Rectoribus vicariis seu loca tenentibus eorundem ac aliis presbiteris curatis et non curatis nec non clericis in sacris ordinibus constitutis eciam in minoribus

(b) Chrems.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 427.

et beneficiatis cujuscunque status gradus vel
condicione existant per decanatum nostrum
ubilibet constitutis salutem in Domino et
mandatis nostris infra scriptis firmiter obe-
dire. Quamvis per sacros Canones inde-
cencia infinita et habitu clericorum cer-
tissime prohibeantur Nonnulli tamen
salutis sue imemores animo quod dolen-
ter referimus admodum indurato hoc mi-
nime attendentes tam in habitu quam re-
liquis ad vitam et honestatem in sortem
domini electorum spectantibus habenas suas
miserabiliter dimiserunt Et quia jam tan-
dem in Sacrosanctis Constant. Salzburg.
general. ac pataviensi Sinodis extat sta-
tutum ut clerici in sacris ordinibus con-
stituti etiam in minoribus et beneficia-
ti in tonsura vestibus et habitu clericali-
bus decenter incedere debeant sub penis
in eisdem statutis expressatis Nos ad exe-
cucionem dictorum statutorum ex debito
nostri officii procedere volentes ut tene-
mur universitatem vestram tenore presen-
cium hortamur requirimus et monemus vo-
bis et singulis in virtute sancte obedien-
cie et sub penis in predictis statutis con-
tentis firmiter precipiendo mandamus qua-
tenus infra decem dies a notificacione
presencium vobis facta computandam
quos vobis pro canonica monicione assigna-
mus in tonsura et habitu clericalibus vos
conformetis et pareatis statutis memoratis
realiter et cum effectu videlicet ne ali-
quis vestrum tonsuram comam barbamque
nutriat ymo pocius tonsura barba decenter
rasis et auribus patentibus incedere debea-
tis Habitus quoque vester seu vestimen-
ta vestra non sint scissa non nodulata

non seculariter rugata subductis non pli-
cata non Sliczata preterquam vestimenta
quibus equites uti oportet non rubei aut viri-
dis coloris manicis magnis atque saccis om-
nino carentibus. Mitris quoque caudatis
quibus plerique abuti videntur penitus
depositis. Cirotecas non ferentes depictas
Equorum vestrorum Sella frena pectoralia
et calcaria non sint vobis aliqualiter milita-
ria peras cingulos et cultellos non habeatis
aliquo metallo vel Serico decoratos. Volen-
tes nihilominus ne quis vestrum de cetero
tabernas publicas ubi multa scurrilia et
insolencie fieri videntur absque necessita-
te ingredi et potiones inordinatos (as) aut
taxillorum seu alios histrionum ludos ibi-
dem eciam in quibusvis locis alijs exerce-
re presumat. Verum licet super publico
et notorio concubinatu clericorum pridie
certas nostras literas mandata et seriem
Sancte Sinodi continentes per nuncium
nostrum juratum vobis insinuaverimus
nichilominus tamen ut simplicium timo-
ratis consciencijs salubrius consulatur mo-
dum et formas feminas seu ancillas pro
familiaritate domorum vestrarum neces-
sarias habendi et servandi juxta canoni-
cas sanctiones de fide et honestate clerico-
rum presentibus duximus declaranda ne
in eorum observacione valeatis quovismodo
ignoranciam allegare. Inhibemus insuper
vobis ne vos aut vestrum aliquis mulieres
adeo juvenes de quibus suspicio aliqua ori-
ri poterit in domibus vestris ad famulatum
vestrum seu quovis alio quesito colore habi-
tare faciatis cum inimicus castitatis mul-
torum etiam castissimas mentes attempta-
re non desinat. Sed pocius annosas et ho-
nestas matronas de quibus suspicio nulla
haberi quarum laboribus tanto facilius con-

"tenti esse debeatis quam cum per hoc anime
vestre salutem affectatis beatius procurare.
Exceptis tamen mulieribus quantumcunque se-
"nibus / que a retroactis temporibus vestre di-
"gnoscuntur fuisse concubine et presertim
ubi in testimonium sunt animalia gradian-
"cia super terram scilicet filii seu filie
quas unacum liberis de domibus vestris om-
"nino precipimus amoveri. Si quis autem
vestrum mandatis nostris hujusmodi obtem-
"perare contempserit penas in dictis provin-
"cialibus et sinodalibus statutis contentas
tenore presencium decernimus ipso facto
dampnabiliter incurrisse. ad quas eciam suo
tempore juris ordine servato utique proce-
"detur super insinuacione presencium i. e.
hujus nuncii nostri jurati stabimus juramen-
"to Datum in chrems prima Mensis Janu-
"arii anno domini M° cccc xx° sub ap-
"pensione sigilli etc."

II. Fol 47[b]–50[a].

Sermo in coena Domini.

"Sermo In die cene ad populum", ita ru-
"brica. Tractat de digna susceptione eu-
"charistiæ, et incipit: "Probet autem seip-
"sum homo etc. In his verbis notandum
quod qui corpus Xti vult sumere"

12. Fol: 50[a]–66[b].

Henrici de Vrimaria Concordantia passionis.

Henrici de Vrimaria Concordantia pas„sionis, quae incipit: " Scites quia post bi„duum &c: Nota quod passio Xti describi„tur." Idem omnino comentarius, de quo jam in Codd: CVI. num: 3. CXIII. num 7. et CXL. num: 2. egimus; nisi quod in praesen„ti verba initialia: ad intellectum sequen„tium sint omissa, multis vero notis mar„ginalibus sit instructus.

13. Fol: 66[b]–69[b].

Sermo de septem donis Spiritus Sancti.

Sermo de septem donis Spiritus S. Incipit:" Notandum quod septem sunt dona spiritus Sancti.

14 Fol 70[a]–84[a].

Mauricii de Praga Liber II de Comunione sub una Specie contra Jacob: de Misa.

Mauricii de Praga Liber secundus de com„munione laicali sub una specie, seu Respon„sio ad demonstrationem Jacobi de Misa, publica Concilii Constant. authoritate edi„ta. Mauricius de Praga duos exaravit trac„tatus contra Jacobum de Misa comunionem sub utraque specie acerrime propugnantem, quorum posterior in codice nostro sisti„tur. Illius initium est:" Barones regni bohemie serenissimo principi domino Sigis„mundo romanorum Vngarie &c. Regi mise„runt quemdam libellum (a) continentem multas auctoritates. de quarum solucio„ne persapientes qui apud predictum prin„cipem tunc Constancie morabantur cupie„bant clarius informari. Et compillator li„belli postquam premiserat multas auctorita„tes biblie "&c: Extat apud von der Hardt

(a) Jacobi de Misa demonstrat: per testim Script: Sat: &c Vide von der Hardt Rer: Conc: Constant: T. 3. pag: 805.

Rer. Conc: Constant: T: 3. Col: 826. et in Cole, ti Collect: Concilior: Tom: XVI. Col: 1237.

Mauricius de Praga celebris erat Profes, sor Theologiæ, præsens in Concilio Constan, tiensi.

Jacobus de Strziebro ex oppido Bohemiæ ad Miram fluvium dictus inde Jacobus de Misa, vel etiam Jacobellus, Theologus Pra, gensis, communionis Laicalis sub utraque specie primus, et acerrimus defensor, tu, multuum Bohemicor. excitator et fautor obi, it 1429. Plura de ipso Bohus: Balbinus in Bohemia docta, edit: Ungarii Part: 2. p: 354.

13. Fol. 84ᵃ–99ᵇ.

Nic: de Dinckels, pühel Epistola ad Jo. Hus

Nicolai de Dinckelspühel Epistola ad Jo, ann: Hus. Incipit: "Eloquenti viro domino N." In fine legitur: "Mº CCCC 23º Scrip, tum est a me Johane Rumph 2c E. Occur, rit hæc epistola jam in codice CLXX. n: 4.

16 Fol. 99ᵇ–114ᵃ

Mathæi de Steynhus Sermones duo.

Mathæi de Steynhus Sermones duo in Con, cilio Constantiensi habiti. Primus incipit: "Estote misericordes 2c: sic originaliter scri, bitur luc VIº capitulo. In fine legitur: Iste sermo factus est in concilio constantiensi anno domini Mº CCCC XVIº Dominica quar, ta post festum sancte Trinitatis per fra, trem Matheum de Steynhuz professum in aula regia circa pragam ordinis Cistercien, sis Sacre theologie professorem artiumque magistrum.

Idem sermo extat in Cod: ms: Bibl: Cæsar: Vindob: (a) sed sine authoris cognomine, quod

(a) Bohus: Balbi:

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 432.

Bohem: docta parte 2. p: 160. Fabric: Bibl: m: & i: Latin: T: 5. p: 47.

Hic sermo est de Petro de Pulka (P. Girgensohn d. [illegible])

hucusque omnes latuit. Sermo secundus de S: Petro et Paulo incipit: "Hy sunt viri mise-
"ricordiæ Transumptive in leccione misse ec-
"clesiarum originaliter Ecci XLiiij sub his
verbis. In fine iterum legitur: "Sermo iste
factus est in concilio constanciensi ob re-
"verenciam beatissimorum petri et pauli
apostolorum &c. Idem —." Hujus sermo-
"nis quantum scio, nullus adhuc erudito-
"rum meminit.

Rayonah Er. Odor. [illegible]

Matheus de Steynhus, ab aliis de au-
"la regia dictus, celeber theologus, et Jo-
"annis Hussi strenuus impugnator claru-
"it tempore Conc: Constantiensis. Plura vide in Vischii Bibl: Script: Ord: Cistercien: p: 239. apud Balbin: et Fabric: l: c: et Ou-
"din: Script: eccl: T. 3. col: 2240.

17. Fol: 114a – 116a.

Mauricii de Praga Sermo in concil: Constantiensi habitus.

Mauricii de Praga Sermo de causa con-
"ventus Constantiensis, qua est ecclesiastica reformatio. Incipit: "Ecce ego mitto ad vos
"Prophetas Matth XXiij Et Transsumptive
"in evangelio jam lecto." In fine addi-
dit librarius: " Sermo pronuntiatus per Re-
"verendum magistrum Mauricium de pra-
"ga Sacre theologie doctorem in constancia
1418. Licet Mansi in Fabric: Bibl: med: et inf: Latin: T: 5. p: 58. plurium meminerit Mauri-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 433.

cii Sermonum, hunc tamen in codice Vindobonensi non videtur reperisse.

18. Fol: 116^a – 123^a

Sermones tres de animabus defunctorum.

Sermones tres de animabus defunctorum. Primus incipit: "Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Ephes: V. Scribimus in quadam epistola volens ostendere." Alterius initium est. "Memorare novissima tua &c Memorare scilicet mortem." Tertii denique: "Miseremini mei &c: Sciendum quod cum purgandis debemus facere misericordiam."

19. Fol: 123^a – 236^b

Wilhelmi Lugdunensis Summa vitiorum.

Wilhelmi Lugdunensis Summa vitiorum, quæ incipit: "Dicturi de singulis vitiis." Calci adscriptus est annus "M cccc 23 Sabbato ante festum sancti Thome apostoli." De hac Summa jam diximus in Cod: LIX. etc: sed in præsenti maxime completa videtur contineri.

20. Fol: 237^a – 271^a

Socci Sermones de assumptione B: V: M:

Socci Sermones de assumptione B: V: M: Rubrica præmittitur: "Sermones magistri Socci de assumpt: M: Virginis." Sunt numero decem /: excepto octavo, qui est cujusdam fratris N: de quo mox plura: / quorum primus incipit: "Surge domine in requiem tuam &c: De archa ista sanctificationis." Vide Cod: CVIII. num 1. ubi de Socci Sermonibus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 434.

Dixi excepto octavo; is enim titulum præse„fert:" Sermo fratris N: facti /: us:/ in capitu„lo Zwetlensi." Incipit: Que est ista que pro„greditur &c: Fratres et domini mei reverendi ut ait pater noster beatus bernhardus." Quis fuerit iste N: /: fortassis Nicolaus?:/ nonni„si ex Linkii annalibus Zwetlensibus divinan„dum esset.

21. Fol. 271ª–301ᵇ.

Sermones va„riorum nempe

Ab hoc numero Sequuntur Sermones vario„rum de B: V: M: indiscriminatim collecti, quos paucis comprehendere liceat. Priores sunt Socci de Nativitate B: V: cum rubrica:

Socci de Nati„vitate B.V.M.

„Incipiunt sermones de nativitate marie ma„gistri Socci." Initium primi est: "Orietur stella ex jacob &c: Carissimi laudes glo„riose virginis Marie!" Huic inserta sunt exhortatio ad prædicatores, et autoritates ad Sacerdotes bonos et malos.

Honorii Augu„stodunensis.

Sermo quartus titulum gestat: "Sermo ho„norii Solitarii", i:e: augustodunensis, qui et Solitarius dicebatur; /: vide Cod: CXXIII n: 1:/ Initium hujus sermonis est: "Egredimini fi„lie Jerusalem &c Filie Jerusalem sunt anime fideles:" Finito hoc Sermone legitur rubrica: "Incipiunt sermones honorii solitarii de pu„rificatione Sermones de Speculo ecclesie;" ex qua concludere licet sequentes Sermones desumtos esse ex libello Sermonum ejusdem Honorii, qui speculum ecclesiæ dicitur, produitque curante Joann: Dietenbergio Colon: 1531. 8. Numero sunt duo, quorum primus incipit:" Consuetudo ecclesiastica mul„tas ex rebus gestis retinet similitudines." Spe„culo ecclesie carens aliis conferendi copiam re„

linguo. – Hos sequuntur de eadem festivitate alii septem Sermones; ex quibus prior Fratris Nicolay nomen in fronte gerit, incipitque: Postquam completi sunt dies purgacionis etc. Consuetudo fratres carissimi erat." Quis sit iste Nicolaus; an cognomine Vischel, Cisterc: Coenobii S: Crucis in Austria Monachus, qui libros tres, aliosque distinctos duodecim de laudibus B: V: M: scripsit /: Fabric: Bibl: med: et inf: latin: T. 3. pag: 278. T. 5. p. 107. et 192. item Carol: Visch in Bibl: Script: Ord: Cisterc: p: 250: / an Nicolaus III Abbas Zwettl: cognomine Gretzel, qui aō 1424 obiit: /: Linckii annales Zwetlenses T. 2. p: 87: / ab aliis edoceri cupio. His finitis incipiunt Sermones de Annuntiatione B: V: Mariae, numero octo /: non septem, ut in codice dicitur: / ex quibus quartus, et sextus eidem adscribuntur Nicolao. Initium primi est:" Rorate coeli etc: Haec possunt esse verba.

Fratris Nicolai. – " – Nicol: Vischel. – Nicol: Gretzel. – "

22. Fol: 301.b

Georgii Episcopi Pataviensis decretum ad Clerum Secularem de recitando singulis septimanis officio S: Stephani Mart: Extat idem in Cod: CXI. n: 1 datum Wyenn; sed praesens est Datum in Mauttarn anno domini Mcccc iiiijo quinta die mensis novembris.

Georgii Epis: Pataviens: de officio S: Stephani recitando.

23 Fol: 302.a

Ejusdem decretum de celebrando festo Ss: Trinitatis dominica prima post Pentecosten. Incipit:" Universis, et singulis, ad quos praesentes pervenerint; finitur." datum Wy-

Ejusdem decret: de celebr: festo S: Trinitatis. – "

"enne die XVIIII May anno domini MCCCCXI°."

24. Fol: 302^d – 304^a.

Urbani VI Bulla de celebratione jubilaei.

Urbani VI Bulla, qua statuit, annum jubilaei de trigesimo tertio in trigesimum tertium esse celebrandum. Incipit: "Urbanus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Salvator noster unigenitus dei filius." In fine: "Datum Romae apud sanctum petrum VI° ydus aprilis pontificatus nostri anno undecimo etc." Urbanum hanc bullam edidisse conveniunt Bzovius, Raynaldus, aliique ecclesiasticae historiae scriptores; sed Palatius in Gest: Rom: Pontif: Vol: III. col: 377 a° 1389 III° Idus Aprilis eam esse datam Gobelinumque ac Niemium de tempore variare asserit. Id profecto mirandum est, hanc bullam nec in Bullario magno Cherubini (: ad quod tamen lectorem remittet Fabricius in Bibliographia antiquaria, Cap: X. p: 318. seqq: :) nec in Bullario magno Romano nec in amplissima bullarum etc collectione Coquelinesii reperiri.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 186

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27523

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)